

ἔφη ὄραν· καίτοι ἐκ ἀπειρός γε αὐτῶν ἦν. ἔφη δὲ ταῦτα ἱκανὰ εἶναι ἀνθρώπου βίον κατατρίβειν, καὶ ἄλλων πολλῶν τε καὶ ὠφελίμων μαθημάτων ἀποκωλύειν. Ἐκέλευε δὲ καὶ ἀστρολογίας ἐμπείρους γί- 4 γνεσθαι, καὶ ταύτης μέντοι μέχρι τῆς νυκτός τε ὄραν καὶ μηνός καὶ ἐνιαυτῆς δύνασθαι γιγνώσκειν, ἕνεκα πορείας τε καὶ πλῆθός καὶ φυλακῆς· καὶ ὅσα ἄλλα ἢ νυκτός ἢ μηνός ἢ ἐνιαυτῆς πράττεται, πρὸς ταῦτ' ἔχειν τεκμηρίοις χρῆσθαι, τὰς ὥρας τῶν εἰρημένων διαγιγνώσκοντας. καὶ ταῦτα δὲ ῥᾶδια εἶναι μαθεῖν πα- 5 ρά τε τῶν νυκτοτηρῶν καὶ κυβερνητῶν καὶ ἄλλων πολ- λῶν, οἷς ἐπιμελὲς ταῦτα εἰδέναι. Τοῦ δὲ μέχρι τούτου 5

S 2

ἀστρο-

transcendentes accommodare eo-
nantium, non mirabimur senten-
tiam Socratis, qui mores homi-
num excoli malebat, quam vi-
ctum atque ingenium artium sub-
tilitate. Eandem hodie cantilenam
repetunt, qui artes istas plane
ignorant.

ἐκ ἀπειρός] Habuerat enim prae-
ceptorem geometriae celeberrimam
geometram Theodorum Cy-
renaeum. v. ad c. 2, 10. *Ern.*

§. 4. ἀστρολογίας] Ex marg.
Steph. edidit Wellius ἀστρονομίας,
quod ex scholio ortum esse non
dubitandum est. Apud veteres
enim ἀστρολογίαν eodem sensu
dictam esse, quo ἀστρονομία, sat
constat.

ἕνεκα] Edd. vett. et Paris. 2.
addunt τῆς, perperam.

ἄλλα] omittunt tres Vaticani
libri.

διαγιγνώσκοντας] Edd. vett.
et Paris. 2. διαγιγνώσκοντα. et
mox abest τῶν ante νυκτοτηρῶν.
Quousque astronomiae disciplinam
discendam suis definiuerit, discas
etiam ex Platonis Republ. VII.
p. 153 ed. Bipont. ubi rationes eae-
dem copiosius explicantur.

νυκτοτηρῶν] Sic habet praeter
edd. etiam Fulsebius l. c. estque
vera lectio. Νυκτοθήρας dicitur

vt Φυγαδοθήρας. Genus noctur-
nae venationis πυρρευτική est ap.
Platon. in Sophista l. 1, p. 220, D.
Frustra quidam tentarunt νυκτοτη-
ρῶν. *Ern.* Id quod exstat in marg.
Steph. Discite et hoc exemplo, quam
immani discrimine distet guberna-
toria ars nostra ab antiqua. Nimis
tamen inepta est piscatio nocturna,
quae cum facibus fit, qualem sci-
licet Plato l. c. p. 13 ed. Fischeri
dicit, ad iuuandam siderum obser-
uationem. Quid enim piscatori-
bus cum ortu siderum? nisi quod
pisces quidam sub quibusdam astris
latere, migrare, et capi dicuntur.
Contra Φρυκτωροί, qualem pingit
Aeschylei Agamemnonis initium,
obseruator ignium praenuntiorum,
custos in speculis orae, quem bis
nominavit Thucydides libro 3 et 8.
et in ciuitate sua Aues constituunt
apud Aristoph. versu 1161, siderum
ortus facile discere et obseruare
poterant. Ergo veriore lectio-
nem reuocaui. S.

§. 5. μέχρι τούτου] Proflus su-
perfluae vocis μέχρι τούτου nocent
orationi, et debentur aberranti
ad vicina librario. Ex hac autem
parte dictorum Socratis praeser-
tim, ex Epist. Xenoph. ad Aeschi-
nem ap. Stob. p. 467, ex Cice-
ron. Tusc. V, c. 4, ex notatis Da-
uisio